



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

EXAMEN ALCHYMISTICUM,

^{quo,}
cu Lydio lapide, Adeptus à So-
phistâ & verus Philosophus ab
Impostore dignoscuntur,

institutum


in gratiam Magnatum & eorum, qui,
ex defectû multæ lectionis & Vulcanicæ
experientiæ, punctum Chymicum plena-
tè non intelligunt; ne tam turpiter à per-
itissimis istis fumivendulis ac impostoribus
Thraſonicis, in opprobrium artis merè
divinæ, decipiantur.

*Necessarium ac summè proficuum opusculum,
quale, à mundo condito, typis non fuit ex-
ratum.*

AUTHORE

Pantaleone.

Hermeticæ Sophiæ Adepto.



Prostat Noribergæ, apud PAULI FÜRSTL,
bibliopolæ b. m. viduam & hæredes.

M. DC. LXXVI. Digitized by Google

Ad Mysochymicum.

Ridere absque causâ & vituperare incognita, stultitiæ ac superbiæ signum est juxtâ tritum: Per risum multum debes cognoscere stultum. Item: Ars non habet osorem, nisi ignorantē. Ergo, qui artem aliquam vel amare vel rejicere intendit, discat eam prius & de-
in judicet. Quòd culices & papiliones propè candelam accensam pereunt, horum animalculorum ineptitudo est, quæ usum luminis commodissimum non tollit,

—❖❖❖— —❖❖❖— —❖❖❖—
Celsissimo Principi
ac Domino,

C A R O L O
de Liechtenstein/rc.rc.
Principi ac Domino
meo Clementissimo.

Dixit dedicatq;

Autor

Celsissime Princeps,

Clementissime Domine! &c.



Leavi nuper prima initia & fundamentum artis Hermeticae Vestrae Celsitudini, tanquam hujus scientiae divinae Fautori, non sine mea notabili temeritate; ex sola naturali propensione erga Vestram Celsitudinem prognata. Nimirum convincit me charitas Christiana, concessio desuper lumine uti & currentem parili studio pro virili adjuvare. Vestra Celsit. hucusq; tenetur amore Sapientiae divinae cum aeterno applausu: quia verò DEUS, sapientiae omnis origo, nil immediate agit, Diabolus verò, juratus ejus hostis, nihil intentatum relinquit quo animam sapientiae cupidam defatigare, confundere & planè abstrahere queat: proinde ego talentum me

um acceptum fœnori locare & vices
 instrumenti gerere decreverā, in eumq;
 finem Tumulum meum Hermeticum
 adornaveram. Cū verò iter illuc sus-
 ceptum absque Achate fido feliciter
 finire nequeat, propterea præsentī tra-
 ctatulo oculis & menti perpendendum
 objicio, quis & qualis, inter tot com-
 petentes, eligendus sit vel non? Si actū
 ago, confirmo; si ignotum doceo, me-
 reor; si neutrum, rogo, dignetur Ve-
 stra Celsitudo eādē gratiā hoc sche-
 diasma irradiare, qualem materiæ di-
 gnitas expostulat. Verbis non dimi-
 co sed rebus, aliās depromerem Scho-
 lastica verborum lenocinia, iisq; meā
 veritatem oblinirem. Sed cū animi
 excelsi substantiam ab umbrā facilē di-
 stinguant, propensus magis maneo
 realiter quā verbaliter demonstra-
 re, quòd sim

Vestra Celsitudinis

Humilimè obsequiosus

Pantaleon.



Præloquium.

Quod totum hoc systema mundi ex contrariis in unum quid coaluerit & certo modo perpetuè militet ; schola Peripathetica jam olim edocuit & ad nostratempora transmisit : Utrum autem ista pugna ex proavresi Creatoris teroptimi originaliter dependeat, liberum esto cuiq. suo sensu abundare ; Nos putamus, sub censurâ tamen Ecclesiæ, hallucinari illos, qui hoc negant ; loquente ipso cælorum motu contrario, qui nec quicquam à primâ minuta creationis immutatus est. Testes sunt lux & tenebra, primo die mundi introducta, metus & quies corporum, unû & multiplex, verum & falsum, bonum & malum ; quæ omnia tam necessaria sunt ad decorem hujus universi, quod ab eo sine insigni mutilatione auferri nequeunt. Mens humana quidem, quamdiu superioratum gessit in homine, nescivit dualitatem, non quod ipsi realiter non infunderit, sed quod operari nequiret, ob sensitiva subjectionem : Post prævaricationem verò, obscuratâ mente aternâ, & expergescâtâ caducâ sensitivâ, inevitabili quadam necessitate, verax rerum unitas proscripta & fallax multiplicitas introducta est. Quod verâ etiam hæc ad pulchritudinem microcosmi in presenti statu requiratur, facile cognoscet is, qui novit, quod

quod diversitas actuum diversos quoque actores
sibi deponat. Saltum in alienam messem non
committamus, sed in Palastrâ rerum natura-
lium manendo exponemus, quàm diversi &
contrario modo constituti athleta ibi reperian-
tur: Hic pugnat ligneo acinace, ille plumbei
telis, alius macharâ rubigine obductâ, multi-
morionum in modum sarcimina straminea ge-
stant, usque arcem natura munitissimam ridi-
culè expugnare satagunt; non pauci solo cla-
more & comminatione deditionem postulant:
raro, imò rarissimè invenitur Instructus rom-
phaâ bisacuta. Omnes verò illi malè armati,
postquam se sine proposito frustratos vident, do-
mum revertuntur locique situm inaccessibilem
incusant; ne verò desperare videantur, tor-
mentorum novum genus excogitant & prepa-
ratoria terribilia meditantur. Fiat interim,
quid potest, stipem tamen cotidie accipiunt,
unusquisque pro honoris gradu: In fine verò ca-
nunt versiculum.

Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.

Sic solvitur obsidio, ipsis militibus ad hye-
males mansiones divertentibus ibique gaudenti-
bus. Appropinquante vere campum cum hor-
ribili fremitu repetunt & obsidionem peregrini
armis induti reassumunt, donec tandem
vel ipsi heroicè occumbant vel à Principali ex-



hausto seu pigente dimittantur. Finitâ militiâ, malè morati & stupidi, non agnoscentes propriam ineptitudinem, sed culpam in hoc vel illud conjicientes, novum Duce[m] quarunt &, quod igne non potuerunt efficere, fumo tentant. Conscientiosiores verò, rem melius reputantes, hoc belli genus aliis, ineptè licet, dissuadent & pacem potius præferunt.

Ambo autem non advertunt, quòd asinus, auro onustus, expugnabile faciat quodvis fortalitiu[m], præprimis illud, quod ex auro est constructu[m] materialiter & proinde suo simili non adeò agrè obsecundat. Volo dicere: studiu[m] Hermeticu[m] proponit sibi arcem expugnandâ, ipsum aurum naturaliter æternu[m] & incorruptibile, sed milites valdè discrepantes in obsidionem adducit, operadores nimiru[m] doctos & indoctos, judiciosos & imprudentes, expertos & rudes, veraces & fallaces; sicut apud Magnates ubertim est videre. Principes enim antiquo & decenti admodu[m] amore feruntur ergà regnu[m] hoc studiu[m], quamvis, ob vitæ teneritudinem, ad libroru[m] inspectionem dorsu[m] raro incurvent, multò minus adhuc, propriis manib[us], reru[m] naturaliu[m] analysin peragant: ex quo sequitur, quod hunc defectu[m] alienâ industriâ & sagacitate cogunter resarcire. Quam scelestu[m] autem & nequitu[m] pla-

rumq; decipiantur, in dies, proh dolor! elucescit, cum totius artis intolerabili calumniâ; Vix enim est aula Principum in totâ Europâ, ubi Alchymia benè audiat. Quare, ne hac divina scientia tam injuriosè ulterius tractetur, ipsiq; Magnates, ejus Patroni summè honorandi, tam turpiter in posterum circumveniantur, composui hunc tractatulum ex lumine natura & autopsia, ut ipsis inserviat, loco lapidis probatorii. Hoc enim firmiter teneant; Quicumq; vel non intelligit vel odit tenorem hujus Examinis, setamen Artistam vocat, Tyro imperitus vel Impostor esto. Et, Cujuscunq; Processus vel particularis vel universalis cum fundamento nostro non concordat, vanus est & deceptorius, quicquid etiam magni pra se ferro videatur. Nil enim est nec erit unquam in Igne permanens, nisi sola humiditas mercurialis metallica, homogenea, per artem vel naturam; prout abunde testantur Geber, Arnoldus, Bernhardus & omnes benè sensati & docti Philosophi.

Quod si, verò cuicumq; hac nostra simplex ac denudata veritas invenusta apparet, ille apprehendat, pedissequam ejus, versicolorems falsitatem & benè valeat. Nil mirum, quòd stuprum plus aestimetur quàm matrona honesta. Veritas enim à primo temporis puncto exosa

fuit, partim, quia, ceu filia Altissimi, in sua nobilitate confidens, colores omnes & alienas recommendationes spernit: partim etiam, quia homines ex natura sua per veritate imposturas splendidas & callida mendacia plus amant quàm incultam ac nudam veritatem. E contra Sathanas suam sobolem, mendacium, diversimodè pictum ac larvatum ubiq; promoveat, ita ut non perperam in axioma receptum sit: Unicam veritatem plures sibi Patronos & recommendationes exposcere, ut audiat, quàm centum impostura ac crassissima mendacia.

His tamen non obstantibus spinis, veritatem Physicam per epitomen Magnatibus hic proposui, quò tandem sui voti compotes fiant & artem caelestem convitiis non amplius proscindant. Capiat, qui potest, omnibus scriptum non est, sed in, quos ardua vexit ad aethera virtus. Credat, qui vult, ventura aetas palam faciet, qualia sint & qualis fuerit

Πάρις λέει.



Cap. I.

Qui Alchymiam à græco vocabulo *ἀλχημεία* sal & *χίμα* fundo derivant, improprie arti Hermeticæ attribuunt, eò quòd hæc finem ultimum & principalem sibi non proponit cum salibus agere, sed potius cum metallis. Nullum autem metallum admittit in suam compaginem naturalem ullum ex salibus, sicut nec per analyfin genuinam quicquam, salis, proprie dicti, naturam redolens, de se promit, ut neq; constat nisi ex Mercurio, Arsenico & sulphure; prout Geb. & omnes saniores Philosophi fatentur; Quod verò per liquorem Alcah est, verum & unicum solvens metallorum, saliforme quid ex metallis obtinetur, sciendum est, quod simile non sit idem; Omnia enim salia saporem præbent vel acidum vel falsum, vel ex utroq; mixtum. Sed nil tale ex metallis per se habetur, quamvis formam salis exhibeat; sicut etiam ipse liquor destructivus, ignis Gehennæ ab Helmontio appellatus, nitri formam monstrat, insipidus tamen est & absq; sale. Quòd si verò aliquis, per additionem, metalla in salia cogat exindeq; studium spagyricum, Alchymiam, vocitare malit, penes ipsum maneat ista Alchymia, nobis est nimis pretiosa: In hac significatione non absurde definivit quidam cavillator Alchymiam, quòd sit ars sine arte, cujus principium mentiri, medium laborare & finis mendicare. Qui verò non stricte sed late hoc vocabu-

cabulum accipiunt & à minus principali fine denominationem petunt, nobiscum sentiunt; ex salibus enim est principium & introitus, absq; sale non aperiuntur portæ cœli Hermetici, sicut Philos. passim affirmant. Definimus ergo artem Spagyricam, quæ uno verbo Alchymia appellatur, quod sit ars metalla inferiora meliorandi & ad Solis vel Lunæ statum evchendi.

Subiectum hujus artis est omne metallum. Objectum est tinctura. Finis aurum. Jam, quia terminus à quo & ad quem, tanquam correlata, sub uno genere comprehenduntur, necessitate rationali sequitur, quod subiectum artis transmutatoriæ, cum ejus fine, sub uno genere stare debeat, sicut etiam innuit regula antiquorum Sophorum: Ex fine cujusq; intentionis resultat ejus principium. Item; à quo pendet alicujus rei principium, in eodem erit suum incrementum. Propterea docet Sendivogius: Si vis metalla facere, principium tuum sit metallum, per metalla enim fiunt metalla. Et Riplæus in 12 portis: Aurum & argentum extrà speciem non est quærendum. id. in lib. de Mercurio. & lap. Philos. Conjunge ergo speciem cum specie & genus cum genere & ne unum sine altero, nec quicquam contrarium, quod sit extra speciem & genus proprium. Loquitur autem hîc de specie, non quod metalla specie inter se differant essentialiter, sed tantum cotione & per accidens. Præcipit autem jungere au-

rum,

rum, tanquam speciem, cum Mercurio, tanquam ex genere, specificato & ad Solis naturam redacto. Id est, homogeneo facto. Tunc enim non amplius est metallum vulgare sed Philosophicū; affirmante hoc Bernhardo: Metalla vulgaria tam diū sunt vulgaria, quam diū manent in formā vulgari, ideoq; mutanda est illa & in primam materiam convertenda.

Ergò subiectum Alchymiae, circā quod hæc ars versatur, est metallicum formaliter & materialiter, quia finis ejus, scil. aurum, pari modo est metallum. Ulterius autem quæritur; cum diversa sint metalla & metallica corpora, ex quonam illud subiectum sit desumendum? Respondet Bernhardus, Comes Trevisanus, quòd ex omnibus haberi possit, sed ex uno citius quàm ex altero, dari tamen duo metalla, ex quibus proximè desumatur; quod Sendivogius affirmat dicens: In omnibus latet nostrum punctum, in quibusdam autem valde est occlusum, in aliis verò citius vitā deficeret, quàm extraheret. Habet tamen præcipue noster Mercurius duo palatia, in quibus Sophis præbet audientiam. Et Arnoldus in speculo Achim. Magisterium perficitur ex unā solā re; invenitur hæc materia in monte altiore hujus mundi, haberi potest à pauperibus & divitibus, projicitur in vias & res, quæ magno pretio emitur, hic nil valet. Geber verò dicit in suā summā: Est medicina, quæ ex materiā argenti vivi sumsit originem, non est autem ista materia argenti vivi in suā natu-

ra neq; in totâ substantiâ suâ, sed fuit pars illius. Et Riplæus in lib. de Mercurio & lap. Philos. Materia nostra est supremum omnium, quæ in terrâ sunt & minimæ æstimationis. Est terra foeda, in hac invenies aquam nostram claram & tum terra illa nil valet ampliùs. Et Morienes : Omnis res , quæ magno emitur pretio , in hoc artificio est inutilis. Et Haly : Invenitur materia lapidis apud pauperem & divitem , euntem & sedentem.

Rogerus Bacho autem rejicit omnia metalla , apertè dicens ; quod ex Sole & Lunâ, ob illorum fixationem , nil haberi possit ; reliqui verò planetæ sint impuri & imperfecti : Nemo enim dat , quod non habet. Commendat autem corpus anonymum, ex Mercurio & sulphure mundo constans , super quo natura parùm vel minimùm sit operata , & quod ab eâ in massam solidam sit redactum. Consentit Paracelsus in libro de transmutat. & indigitat suum electrum minerale immaturum, non metallicum perfectè. Idem facit Agricola major & minor & plures alii. Contrarium tenet Richardus Anglus , expressè dicens : Ars destruit Mercurium metallicum & ædificat eum à pedibus usq; ad caput , in formâ subtiliori substantiæ, quàm antea fuit. Verùm enim verò quis mythologus conciliabit horum Adeptorum diversas sententias, salvâ cujusq; estimatione ? nemo, nisi qui ipsemet omnium & singulorum subjecta, super quibus sententiam suam fundarunt , penitus cognoscit.

Pro-

Propterea stylo ferreo notandum, quod Geber dicit cap. 28. sunt plures viæ ad unum intentum: Nimirum via sicca & humida. Consequenter etiam subiectum iis destinatum erit duplex, sicut ex his adductis autoritatibus in facili est colligere.

Distingnendum verò iterum inter subiectum remotum & proximum seu ad æquatum: Illud pro respectu viarum omnino est diversissimum, hoc verò non.

Ad viam enim humidam, in quâ Paracelsus Rogerius Bacho, Bas. Valent. Agricola major & minor incesserunt, ipsamet natura subiectum remotum, certum minerale, procreavit, sed imperfectum reliquit, ex defectu applicationis agentis ad patiens: in quo subiectum nostrum proximum, radix metallica mercurialis, instar embryonis, sub aquositate lactiformi continetur, quæ etiam propterea lac virginis nervosè appellatur. Hic liquor lacteus, ponderosus & semimetallicus, prima stamina, sive formam metallicum, intra sua penetralia complectitur, nec differt à Mercurio currente, essentialiter, sed accidentaliter, solâ coctione, inspissatione & homogeneitate. Mercurius enim currens cum sit metallum, coagulatorem suum secum gerit, nempe sulphur arsenicale copiosum, ita ut non perperam Arsenicū fluens appelletur. Liquor verò ille madefaciens, absolutam constrictionem corporis sui aquæformis nondum perpassus, parvâ quantitate sulphuris arsenicalis

lis inquinatus reperitur, ab eoq; facilè liberatur & homogeneous redditur. Subiectum remotum ad viam siccam, quam calcavit Geber Arnoldus, Bernhardus, Sendivogius, Philaletha modernus & multi alij, pertinens, sicut ex allegatis & probatis patet, est omne metallum. Quomodo verò hoc subiectum qualificandum & tractandum sit, ut Mercurius Sophorum inde extrahatur, breviter videbimus. Dictum est, quòd subiectum artis transmutatoriae, corpus scil. mercuriale metallicum, cum suo fine, nempe auro, genere convenire debeat; metalla verò inferiora specificam externam & accidentalem differentiam, ex admixtione heterogeneorum & defectu coctionis, in relatione ad aurum habent; quare eò præprimis est incumbendum, ut illa differentia tollatur, purumq; genus relinquantur. Aurum enim est substantia purissima & nisi Mercurius per coctionem diuturnam à suo arsenicali sulphure sequestratus ac proprio sulphure mundissimo inspissatus, adjuvante calore externo moderato. Propterea, si subiectum artis transmutatoriae cum fine, nempe auro, genere & essentiâ idem ac simile esse debet, prout demonstratum est, sequitur necessario, qualiscunq; etiam Mercurius ad hoc magisterium eligatur, ut purissimus & planè homogeneous sit & Solis naturam habeat, exceptò, quòd aurum est fixum, hic Mercurius verò volatilis, astipulante totâ schola Sophorum. Sic enim inter cæteros loquitur

habendus. Omnis res requirit remissam
ut generetur & augmentetur : natura
in alia, in sua propria specie & natura
non in alia, ita enim metallum multiplicat
solum. Unusquisq; Mercurius, præsertim
iste, est heterogeneus continetq; in se
totam partem terræ arsenicalis fixissi-
mam paucâ quantitate aquæ sulphuræ
solubilem. Quomodo vero binarius iste à
parte metallicâ separetur, hoc opus, hic
modus. Duplex quidem via ab antiquis Ma-
gicis cognita est ; sed quia in hoc mysterio
magis ædificij Hermetici versatur, pro-
prieq; in hoc usq; ævum mansit occul-
ta & solum Adeptis nota, licet ex parte à
Bernardo descripta ac commen-
tata, mens enim humana à lapsu occu-
rata in tantum, ut nec se ipsam cognoscat,
ut minus metalla. Plurimi enim, quantum
cum audiunt, Mercurium vulgi,
inferioribus metallis, esse sub-
stantiæ Chrysopæiæ, ex quo Sophicus
Mercurius deprimendus,
tantum quasi summe tacti, ipsaq; vox
magis hæret, ob subjecti hujus & finis pro-
fundam differentiam, ætatemq; totam
viam & somnio hominum otiosorum te-
nentem, non absq; directione Myleriarchæ
contemnit, Putant autem sic : Si Mercurius
ex corporum inferiorum potest fieri so-
lus, quare tot operatores sine suo frustran-
tibus patet notissime sunt omnibus Mercu-

rii sublimationes, & purgationes per acetum,
 acetum, calcem vivam & alia cunctis operibus
 peris; sed huc usq; cum ejusmodi operibus
 nibus nihil effecerunt; Ergo oportet, ut
 losophi alium Mercurium intelligant, non
 vulgarem: Proinde doctiores ex his, non
 am super Mercurio metallico contrahere
 liare nescientes, se toti posteritati proferunt
 runt & literis evulgârunt, quod Mercurius
 vulgi, quocunq; artificio tractetur, non
 fieri Philosophicus, quod ridiculum &
 nè falsum est; quia tantum est unus Mercurius
 rius in totâ metallicâ & minerali natura:
 fert autem insigniter à se ipso, per acci-
 ratione puritatis. Ex quocunq; igitur
 vel minerali eliciatur, excepto Sole, unus
 genus est & præparatione Philosophica
 diget; sicut Sendivogius in Dialogo
 quando Mercurius ipse proloquens
 se effatur: Cor meum semper est purissimum
 vestes autem sordidissimæ. Quod si verum
 increduli Thomistæ semel tantum viderent
 quomodo nostrum subiectum, per præpa-
 tionem Philosophicam, transiret, utique
 ficerent, quod similes tædiosissimi labores
 nostris Majoribus, frustra non fuerint ex-
 tlati, & quod terra illa arsenicalis, à Mercurio
 nucleo separata, sola & unica causa sit, quæ
 cum Sole se radicaliter unire & putrefac-
 tionem transire nequeat, sed majori igne in
 verem rubrum præcipitetur. Modum hunc
 duplicem præparandi Mercurios, ex Gebem &

in ardo in meo Tumulo Hermetico allega-
 tus Philosophus est per ignē, clariorē infor-
 mē non exposcet. Hic scribo Magnatib9,
 manus rarō admovent, sed studiō alienō
 Solchicum intendunt: Sufficit scire 1.
 subiectum Alchymiz, sive Mercurius
 est, sit genere metallicus, an verō ex
 vel pluribus metallis petatur, perinde
 in præparatione Philosophicā, præ-
 paratam simplicem & puram, nil remanet
 æt. 2. quod sit homogeneus, ab omni
 sulphurea & arsenicali vindicatus. 3.
 sit duplex, madefaciens & non madefa-
 ctus, sive liquidus & currens. 4. quod præ-
 paratum durum, extra ignem, quod
 statim iterum mollescit, donec in me-
 riturum abeat compositum. Et 5. quod
 arsenicalis sulphurea in magnā copiam
 fieri debeat, nulloq; artificiorum genere
 in formam Mercurialem.

His satis superq; constare puto, quid
 Alchymia & quale ejus subiectum. Qui non-
 apprehendit rei veritatem, sed etiam humi-
 lissimè, nodum in scirpo querit,
 sibiq; soli relinquendus
 est.



Cap. 2.

Absoluto jam subjecto artis transmuta-
 riæ, tanquam principali ejus parte, ponitur objectum, quod est ipsa tinctura, quare viter definitio sic: Tinctura metallica aliud est, quam sulphur auri, per decoctionem, in suo Mercurio exaltatum.

Circà hanc definitionem occurrit quæstio magni ponderis; an aurum sit corpus simpliciter homogeneum vel certo respectu elucidationem hujus quæstionis requiritur fundamentalis cognitio Mercurij, quod nil aliud est quam Mercurius coctus, & saturatus calore sulphuris sui interni, & externo moderato. Quare sciendum, quod Mercurius vulgi, & qualiscunque naturaliter, ex sola aqua elementalì constitutum hoc compositum nil sit nisi aqua unitus; ratio est, quia in hæc iterum destruitur, vel magno igne, per destructionem seminis astralis ignis, vel per suum ipsum elementum aquæ; uti videre est Ludovicum de Comitibus & Helmontii viros omni exceptione majores, quorum posterior multoties conqueritur de amissionis & destructionis sui liquoris Alcahest, per quem compar: Prior vero expressis verbis testatur, quod ille ipse liquor, qui tamen non nisi Mercurius homogeneus, in aquam transmutatus, per additionem vulgaris aquæ elementalis in momento destruitur in aquam puram.

elementalem, supernatante pinguedine quæ
 macri sulphureâ, cum tamen per se sit æter-
 na & a nullâ aliâ re quicquam patiatur. 2.
 andum, quod forma Mercurij essentialis
 sua sit analoga elemento astrorum, quæ
 nature sunt. Corpora enim cœlestia
 sub igneos continuo in centrum ter-
 ræ descendunt, ex quo repercussi, per terram
 in remissione, iterum ascendunt & trans-
 eunt in corpore aquæ elementalis, coagu-
 lantur, ex quâ concretione exsurgit illud mi-
 nimum metallum, quod nos Mercurium
 vocamus, qui deinde à calore interno ul-
 terius pergitur & coquitur. Hinc in profun-
 ditate locundiores sunt quàm superfi-
 cie, calor ibi est potentior & per con-
 tactum major excrementorum separatio,
 hinc enim solam, à concomitante ca-
 loris generatur ex Mercurio aurum; quod
 metallum heterogeneæ impuritatis in hac
 operatione admiscetur, illud est per acci-
 dentem intentionem agentis, licet co-
 actionem constituti non parum adjuvet &
 materia etiam libenter intro admittatur.
 Mercurij vero vel est ab ipsis seminis
 naturalis idiosyncrasia, vel ex inspissatio-
 ne contractione aquæ, quod probabilius
 pondus enim ex aliquo corpore, tan-
 tum ponderante, sit necessum est; quia
 nullo desumi nequit. Aqua ergo elemen-
 tis coagulatur, à sulphore peculiari astræ
 corporis opacum & ponderosum, argen-

tum vivum nominatum ; hoc verò deinde
 ulteriorem coctionem & remotionem
 fluitatum, in aurum, seu ultimum natura-
 tallicæ terminum, transfertur, sequenti-
 do : In Mercurio metallico latet ignis
 circa eum, in terrâ, consimiliter est
 actualis, qui nil aliud est, quàm atomi
 sulphurei, in mineris abundantes ; isti
 ignis coelestis & terrestris unius est generis
 & simile in simile habet ingressum, propterea
 hic calor externus se sensim & sensim
 phuri Mercuriali associat in eoq. co-
 assumit ; & dum hoc fit, reliqua
 crassa terrea, quæ ex eadem ratione
 am ibi quærebant, sequestrantur ;
 tandem, longô tempore, totaliter
 nucleus Mercurij albissimus, ab in corpore
 puro igne, calidior factus, in corpore
 caloris coagulatur. Ex quo sequitur
 aurum, in relatione ad cætera metalla
 facta, homogeneous sit, in respectu
 Mercurium homogeneous, non ; eo quod
 se plus de igne corporali coërcet, quàm
 gentum vivum homogeneous, per
 naturam factum. Quia verò iste calor
 in sulphure Mercuriali concentratus
 poralis factus, superveniens est & tam-
 nè cum materiâ aqueâ corporis Mercurij
 non unitus, sicut sulphur Mercurij
 le, propterea etiam per artem illud
 auri separari potest, aliquando cum, ali-
 do sine destructione corporis Solaris.

paradoxon multis videbitur, licet sit verissimum; quod verò ignis in certâ materiâ corporeus fiat & pondus augeat, apparet ex incineratione reguli antimonialis cum speculo ardente. Prolixus esse nolo, cæteroquin adderem totam antiquitatem, mecum sentientem. Redeamus ergò ad nostrum objectum, naturam, quæ procul omni dubio ex auro Mercurio homogeneo currente, vel liquido, conficitur, nulla re aliâ adjectâ, aliâs homogeneitas amborum tam necessaria non esset, quod tamen Arnoldus in fine sui Rosæ tenuè inculcat, dicens: Nolite in lapidem introducere, nec aquam, nec pulverem, nec aliam rem, nam non intrat in eum, quod non est ortum eo; imò si aliquid extraneum apponitur, statim destruitur & non fit ex eo, quod quæritur. Ad tuendam verò latam definitionem tincturæ, ulterius deducendum est, quomodo sulphur illud auri, à naturâ intercurium frigidum corporis aurei impactum, altetur & multiplicetur, quod sequenti modo contingit.

Quando corpus auri purum, cum volatili aëre homogeneo, per artem factò, debitâ proportionem, conjungitur, tunc volatile incipit fixum penetrare & sibi æquare, duobus mediis, tenuitate & quantitate majore; quia ratio hoc sine calore non efficitur, propterea antiquam fabulam ludit & se paulatim suo simili, scil. sulphuri, antea inexistenti, jungit, illudq; in quali potius quàm quanto

adaugēt, nil obſtante vitrorum denſitate & di-
menſionum penetratione propter ejus ſum-
mam ſubtilitatem. Hinc etiam Philoſophi ſu-
um lapidem, ſive tincturam, filium ignis &
lapidem ignis denominarunt, quia efficien-
ter & effectivè ab eodem procedit.

Ex his præmiſſis fundamentis ſuit, quòd
in totâ naturâ metallicâ tantum ſit duplex
transmutatio: Una naturæ, & ſit removen-
do ſuperflua, per coctionem: Altera artis, &
ſit per illuminationem totius partis mercuri-
alis in metallis.

Differentia conſiſtit in hoc, quòd natura
homogeneum tantum punctum in Mercurio
alteret; ars verò totum corpus mercuriale,
abſq; ſeparatione ſuperflui, ineffabili luce
tincturæ veræ, illuminat & in ſtatum dignio-
rem tranſponit. Ratio diverſitatis eſt, quia
alteratio naturæ ob agentis debilitatem, ſuc-
ceſſivè in longo tempore perficitur; trans-
mutatio verò artis contingit in momento,
per modum illuminationis, quòd enim faci-
lumen diſperſum, illud etiam præſtat concen-
tratum & fixum, in debitâ materiâ; appre-
hendit autem iſta illuminationis purum & im-
purum, in corpore mercuriali ob ſui excel-
lentiam & incredibilem ſubtilitatem, ipſumq;
impurum, quod ſe ad purum nucleum Mer-
curii aqueum habet tanquam terra, licet
utrumq; ex aqua materialiter conſtet, inſtat
fulguris, pervadit, illuminat & ad parem ſtatum
puritatis promovet; adjuvante non nihila-

dicali commixtione utriusq; : Sic ut in posterum, tale aurum factitium, eundem Mercurium homogeneum, per retrogradationem artificialem de se fundat, quam ipsum aurum nativum. Hunc mysteriosum actum illustrare placet per inductionem, exemplo contrario sic : Si possibile est, quod sulphura crusta arsenicalia, absq; commixtione, partem illam impuram terream Mercurij, quæ tamen originaliter & centraliter cum nucleo reliquo aquæformi, in Mercurio, est unita & ex uno eodemq; elemento prognata, in momento ferè, ex composito suo extrahere, deturbare & in terram fixissimam, irreducibilem, mutare queunt; sequitur etiam, quia contrariorum eadem est ratio, licet diversa, quod sulphura munda, astralia illuminativa & subtilissima, cum commixtione sui corporis sulphureo-mercurialis, illam impuram substantiam reducere, suoq; elemento aquæo restituere & postea ulterius immutare valent, restitutio enim & conservatio rei similis longè est facillior, quam transmutatio similis in dissimile.

Atqui verum est prius, ergò & posterius. Primum cotidie, mechanicè, demonstrare valeo; alterum verò satis notum est ubiq;, per frequentes transmutationes Mercurij vulgaris, in aurum obryzum, absq; immutatione Mercurij, quoad pondus.

Cap. 3.

Post objectum artis Hermeticæ considerandus restat ejus finis ultimus, nempe aurum; quia verò supra satis explicatum est, plura non addimus, nisi quòd obiter monemus; si folia auri ad amalgamandum eliguntur, communia non esse sumenda, quia vel eupro vel argento sunt mixta, quòd toti operi non parùm noceret. Est quidem adhuc aliud aurum, quod Philosophorum appellatur ab iisq; mire laudatur; differt autem à nativo valdè, non quidem essentia, sed fixitate. Est enim nil aliud quàm Mercurius Sophericus coagulatus; aptissimum verò censetur hoc aurum, à Philosophis, pro opere ipsorum brevi & occulto, innuente Gebero ac dicente: Quod si ex solo Mercurio perfeceris, indagator eris pretiosissimi Magisterii; quia verò prædictum aurum analogicum, finis ultimus nostræ Alchymiae non est, ideoq; plura addere cessamus.

Hic habet æquissimus lector totam illam scientiam, quæ verum Philosophum nobilitat eumque à colluvie pestilenti Alchymistarum vulgarium segregat, qui hanc callet, non tantum theoreticè sed etiam practicè, Adeptus nominatur, id est consummatus Philosophus & Medicus naturæ humanæ ac metallicæ. De hoc solo verum est Hippocratis effatum: *Ἰσθὲς γὰρ εἶναι τὸν αἰσθητικὸν ἀνδρᾶ.* Vir medicus

dicus est incorporabilis. Jam, cum contraria juxta se posita magis elucescant, delineandum quoq; est, quid Pseudosophi, Alchymistæ vulgares promittant & quomodo transmutationem suam instituant. Quia verò plerumq; sunt indocti ac indociles, ex omni genere hominum malitiosorum, beneq; de his vulgare distichon explicatur:

*Fingunt se Chymicos omnes, idiota, sacerdos,
Monachus & miles, histrio, raser, anus.*

Proinde nullam methodum observantes, sicut ebrij, in fodinas minerales ruunt, quid pro quo arripiunt, secumq; cogitant, recipio, nescio quale, & facio, nescio quid. Omnes quidem finem, seu scopum bonum sibi præfigunt, eoq; se exhilarant, sed quia principium ignorant, finem non inveniunt.

Cap. 4.

QUò autem cum istis Sycophantis honorificè agamus, comparisonem placet instituere, centonis Pseudosophorum multiplicis, cum unico & simplici subjecto Adeptorum, quod, in veritate verissimâ, est substantia Mercurialis, metallica & homogenea.

Subjectum verò proximum Alchymistarum, antè annos aliquot, fuit vitriolum in totâ suâ substantiâ, hoc purgârunt dulcificârunt, imò, quod Deus benè vertat, per colores

res omnes ad transparentis rubini formam adegerunt; objectum verò obtinuerunt, tincturam quidem pro pannis, sed non pro metallis & finem, loco auri, cuprum. Ne verò absq; ratione & authoritate veterum laborasse viderentur, dictum illud; Visitando interiora terræ, reperies ibi occultum lapidem, veram medicinam, per initiales litteras, vitriolum producentes, de vitriolo vulgari interpretati sunt. Quòd autem effectus nullus subsequutus sit, culpam unicam posuerunt in vitriolum, primo ente auri, sufficienter, non imprægnatum; proinde aliud Patrono esse inquirendum, ipsis verò effugium.

Huic successit antimonium, ab ipsa derivatum, à Græco *αντιμονιον*, flos nostrum omnium scil: metallorum. Jam putârunt, se leporem tenere & unâ cum nomine ipsam rem, juxta versum:

Conveniunt rebus nomina sæpe suis.

Propterea quæsierunt, ante omnia, partem ejus auream, scil: sulphur auratum, modo ex lixivis, per præcipitationem, modo ex vitris, per extractionem stalagmatum diversorum, ejusq; calorem, ad insaniam usq; admirati sunt. Fixârunt hoc per se & cum adjuncto, pro ingressu conciliando, Lunamq; vel præcipitatum Mercurium, vestire tentarunt: & quidem ex fundamento, quod Basil. Valent: & alii dicant: Solem purgari, ab anti-

antimonio, quia sit de ejus sanguine; proinde non abs re esse, si sanguinem illum extraherent, Lunæq; infunderent. Alii hoc sulphur volatilisarunt, ut spiritus naturam assumeret, audiverant nempe, quod Philosophi suum Mercuriū, spiritum subtilem & penetrantē nominent, alias enim aurum fixum pervadere ac subtilizare nequiret; Alij aliter & diversimodè hoc subjectum macerârunt, unusquisq; pro suo liripipio; donec tandem omnes invenerint finem, scoriam inutilem, Lunamq; intactam. Pauci tam felices fuerunt, quod cogitaverint, si quid boni & metallici lateret in antimonio, quod hoc in ejus Mercurio sit quarendum, tanquam parte puriori; sed si res maximè scivissent; illum tamen separatim hunc usq; diem, paucissimi didicerunt.

Deinde prolapsi sunt ad arsenicum vulgare, ex eoq; modò rubinum, modò Mercurium perlatum, & similes larvas, præpararunt & finem, aliquando ipsam extinctionem auræ vitalis, invenerunt, Ne autem posteritati talis thesaurus subtraheretur, unus ex istis Sophistis, Polonus natione, Parisiis tractatum edidit, de hoc subjecto egregio, sub tit. Lapidis Philosophici.

Marcasita & cinnabaris nativa impunis etiam non remansit; mirabilem enim aquam mercurialem & aureum penè Mercurium, exinde sciunt elicere, qui cochlear argenteum

teum , flavo calore tingit ; cumq; deinde, ceu solarem , cum Sole coquunt & tandem, aurum non mutatum , post integrum annum iterum vendunt. Ante viginti annos circiter, author quidam anonymus , Agricola major & minor cognominatus , de Saturno Philosoph. pulcherrimum sed occultissimum scriptum publicavit, ibiq; mineram Saturni vulgaris , cum Philosophicâ , studiosè miscuit, laudabili effectû. Qualis enim clamor tunc temporis fuerit , de minerâ Saturni , in omnibus fermè laboratoriis dici vix potest. Hic scivit animam albissimam , ille rubicundissimam , extrahere , cum aceto & aliis liquoribus , uno verbo , ipsum universale magisterium, ex hâc minerâ , præparabatur, super chartâ , quia ignem non tolerabat : quam miserè enim omnes fuerint decepti , notum est.

Quid de Marte dicam ? hic certè strenuus bellator est , sub quo plurimi Alchymistæ occubuerunt ; Vulneratur quidem faciliè sanguinemq; fundit ; sed cùm ipsius vita in sanguine non lateat , sed in succo simili Mercuriali, quem multò arctius custodit , quàm pici suum aurum ; Propterea tantum absuit quod Lunæ vitam infunderent , quin potius eam infirmarent & melancholicam redderent, cum isto copioso sanguine Martiali, verumq; experirentur Galeni dictum ; τὸ ἀπλὴν καὶ ἰστέμν

esse, & dicitur, stultum ac simplex est à ni-
 mo sanguine. Concedo quidem, raro fer-
 ri inveniri absq; auro, sicut plumbum, &
 potius, quantum inest, iterum extrahi,
 sed quod lucrum eò sit expectandum, hoc
 nego. Quòd ergò suum sulphur arsenicale
 nigrum, cum Lunâ unire tentant, est labor
 Alchymisticus, sicut antecedentes. Taceo
 lapidem calaminarem, hematitem,
 cobaltum, lap. armenum, corussam, smiri-
 dum, talcum, sulphur commune, &c. qua
 omnia sunt subjecta Sophistarum & signa
 certissima ignorantia. Non autem nego,
 quòd impossibile sit, ex metallicis subjectis
 Materialibus, nostrum punctum elicere,
 sed statummodo dico, quòd Philosophi
 sua propria subjecta habeant, aliq; & di-
 versissimo labore agant. Econtra Sophista
 pupant in tenebris, sicut cæci, nunc hoc,
 nunc aliud subjectum arripientes, donec
 tandem stultitia suam periodum absolvat &
 penitentia locum teneat. Tunc sequitur ex-
 creatio illa usitata stultorum: Non putâssent
 Quæc, ne penitus à consortio humano ex-
 cluderetur nostri Alchymistæ, coacti de-
 mum aliquid reale, apud ipsam veritatem
 naturalem emendicare, intenderunt, scil.
 fixationem improprie dictam minerarum
 volubilium; sed cum hæc eadem ipsæ fa-
 tis, pinguis & ad palatum non videretur,
 propterea maturo auro, in illis minerie con-
 ten-

tento , bonam partem immaturi & volatilis adscribere non fuerunt obliti, asseverantes; quòd sciant non tantùm fixum à fugâ præservare sed & volatile , paucis diebus , fixare. Hæc mechanica cum apparente ratione non careat , plausibilis hucusq; fuit , circa cuius decisionem notandum. 1. quod maturatio & conservatio sint diversa. Omnibus metallurgis notum est , quòd sulphura arsenicalia , antimonialia &c. sint famelica & nisi infusione minerarum aliquid addatur , quod eorum voracitatem exsatiat , uti sunt lapides fusibiles , salia vitriolica , ferrum , calx viva. &c: invadunt ipsamet perfecta metalla eaq; secum rapiunt. Maturatio verò , quia fit ab ipsâ naturâ , agente scil. sulphureo astrali in Mercurio , adjuvante externo moderato calore , propterea in tam parvo tempore absolvi nequit. Opitulatur quidem naturæ ars , per additamenta salinosa , quæ sulphuribus sunt contraria ; interim tamen non sufficit remotio sulphurum & impuritatùm terrestrium , à parte mercuriali , sed requiritur ante omnia & primariè coctio naturalis lenta , per longum tempus continuata. Ideoq; maturatio illa sive fixatio , si legitimum tempus accedit , rejicienda non est , sed naturæ affinis , secus non. Proinde callidiores ex nostris Alchymistis , postquam notarent , quòd per istas murationes parùm proficerent , sacra verò auri fames ipsos tanquàm umbra comitaretur,

tur, inceperunt iterum ad fastigium tincturæ universalis aspirare, omnemq; lapidem movere, legendô, studendô & laborandô, pro impetrandâ hac ingenti felicitate. Voluitis verô & revolutis omnibus authoribus authenticis, semper eandem cantilenam omnes canere observârunt suumq; Mercurium deprædicare. Propterea nolentes volentes Mercurium vulgi tandem in suam carnificinam deduxerunt, quod basin & genus præberet omnibus metallis, cum auro, tanquam simili, unicè amicaretur & centenis aliis locis Philosophorum armati. Non est dicendum, quid perpessus fuerit hic bonus Mercurius, nisi esset creatura sine pari, impossibile fuisset ipsi, sub tot lanienis emergere. Plures enim torturas ipsi applicârunt, quàm Domitianus, Decius, Nero & Diocletianus suis Martyribus; quomocunq; verò procederent, adderent aut demerent, suam fidem tamen abnegare noluit, quæ erat & est, Sophistis imponere & Philosophis obedire. Erat autem intentio illorum, Mercurium per sublimationes à corporibus falsis surgare, cum iis resolvere, sublimare, revivificare &c: donec fieret albissimus, dulcis atq; ic absq; acrimoniâ & strepitû Solem solveret. Plures, audientes, quod principium metallorum sit aqua viscosa, cum additione spir. ini & aliarum rerum, similem mucilaginem arârunt. Non pauci elevârunt ipsum mul-

toties à metallis, sicq; à nigredine purgârunt, tandemq; cum Sole conjunxerunt. Nasutiores peculiarem Mercurium ex æere, salibus, vegetabilibus certis, alii ex ipsâ Utopiâ optârunt. Alii extractions Mercuriales laudârunt, ex præcipitatis cum auro factis. Alii redegerunt ipsum in aquam, oleum, salem &c : alii extulerunt fixationes. Omnes verò in fine obtinuerunt præcipitatum inutile, ipsumq; Mercurium, egregium vexatorem Alchymistarum. Hæc Tragedia jam in Europâ, ad nostra usq; tempora, fuit acta, viventibus adhuc multis actoribus emeritis, rudeq; donatis.

Hinc, post tot illusiones à Mercurio acceptas, convenerunt nostri Sophistæ, proximè elapsis annis, comitia publicârunt & Mercurium, tanquam turbatorem pacis Alchymisticæ ac proditorem patriæ, omni suo honore orbatum, exiliô affecerunt, sub poenâ, si quis ullô modô Mercurium in suum laboratoriiû admitteret, quòd ille pro perjuro & rebellis sit habendus; hæc annexâ pulcherrimâ ratione irrationali; quia metallum esset: Absurdû enim fore, quòd metallum generet metallû, & præterea omnes Philosophi expressè dioant ac rationibus evidentissimis convincant, quòd ipsorum Mercurius non sit vulgaris. Ne autem omni Mercurio penitus carerent & panem absq; farinâ meditarentur, unanimiter concluderunt, alium, in locum relegati, sufficere; habitâq; maturâ deliberatione & applicatione scriptorum authenticorum, præprimis

Sen-

Sendivogii , solennissimè elegerunt ad hoc regium officium , salem nitri. Doctiores inter illos æternitati statim , perliteras , insinuârunt , quàm nobile subjectum sit ipsorum nuper electus Mercurii suffraganeus , eò quòd non tantùm cum illô repudiâtô , in qualitatibus contrarijs , conveniret , sed quòd insuper etiam citius & leviori operâ figi posset. Nil enim hi auriflones magis exoptant quàm Lunam fixam , Mercurium fixum &c : idq; citò. De secretioribus ejus proprietatibus & animâ rubicundissimâ , aviculâ Hermetis vocatâ , multa quidem libenter scriberent , nisi mundi indignitas id prohiberet. Cæteri omnes domum repetierunt , ac processum excogitarunt , unusquisq; pro captû. Plures patriâ abiverunt & Germaniam , tanquam exterorum domum exaltationis & indigenarum detrimentum , visitarunt ; Ubi , in hunc usq; diem , Solem cum nitro qualitercunq; præparatô , corrodunt & varios colores , præcipuè purpureum , cum magnâ consolatione observant. Quod igitur nitrum sit subjectum , quô Mercurius Sophorum præparandus , hoc benè sciunt , sed , an istud conjugium solis & nitri , sub nomine Universalis vel particularis , Principibus debeant vendere , dhuc controversantur. Aliqui putant , quòd ita via illa universalissima in superlativô gradu 1. quia nitrum in omnibus tribus regnis invenitur , & Paracelsus materiam lapidis tripli-

triplicem nominat. 2. quia Philosophi & imprimis Hermes scribit, quòd sit ubiq; & à vento portetur; quæ omnia nitro solo conveniant; non pauci computum faciunt cum crumenâ, concludentes, quòd tantum particularis titulum mereatur, quoniam tantum partem illam tinctam relinquat, quæ fuit addita. Sed rogo vestras Dominationes, quomodo fit ex sale metallum, per artem, in vitris liquatis? Respondetis: per metallum adjectum: Concedo, sed distinguo inter metallum genuinè reclusum & sophisticè corrosus. Si aurum in suo nitroso liquore radicaliter aperiretur, tunc absurdum non esset, hoc statuere: jam verò etiam tyronibus constat, quod aurum in suo simili ad primam materiam reducatur. Salia autem non sunt metallis similia, quia ab ipsis toto genere præscindunt: Ergo.

Deinde ponamus, fieri metallum ex nitro; tunc iterum quæro, quale sit metallum, aurumne, an Mercurius? Si dicitis aurum; tunc aurum auro non solvitur, nec aurum plus habet in suo naturali statu & antè regenerationem, quàm indiget ad suum esse. Si Mercurium vultis; aperte mentimini; quia non potestis ipsum aurum eò adigere, ut corpore tenus in Mercurium abeat, multò minus efficietis, ut salia in eundem cogat;

Præ-

Præterea absurdum est, ut corpus fixum, mediante igne, producat volatile.

Quod verò Sendivogius in suis 12 Tract: de nitro loquitur, hoc fecit in gratiam indignorum; qui prudens est & expertus, ad istos scopulos non impinget. Si Majores nostri nudam & solitariam veritatem voluissent scribere, forsàn ad nostra tempora non pervenisset; quia in unicâ pagella omnia naturæ mysteria consignari possunt. Non fuit sollicitus hic bonus Author, de nitro naturæ vegetabilis, sed de nitro naturæ metallicæ; quia verò magnam affinitatem inter se habent & porcis margaritæ non sunt projiciendæ, propterea illud descripsit & hoc intellexit. An non legistis eundem Sendivogium dicentem, si vis metallum facere, sit metallum tuum principium, à cane non nascitur nisi canis. Item: Non operare secundum literam, sed considera semper, quid naturæ conveniat & quid non &c:

Quoad Hermetem, tota ipsius Tabula Smaragdina, sub velo allegorico & metaphorico, scripta est; intelligitur ibi ventus, non ille majoris mundi, sed minoris, in vitro inclusi. Videte ergò, ne palinodiam canatis offenso Mercurio metallico, cum maximâ vestrâ confusione, nobilis enim est & regia stirpe oriundus; Magnatibus autem manet altâ mente repositum, si injuriam patiuntur.

C 3

Sed

Sed Sophistæ & ignorantes plerumq; sunt superbi, ac tempestivè cavent, ne ipsis aliquid minus honorificum accidat; Proinde casû, quô nitrum expectationi ipsorum non satis faceret, dantur jam alia subjecta in rerum naturâ, in quibus parem vel majorem etiam spemponunt; ut Tartarus: Præbet enim sal fusibile fixum seu terram foliatam, in quam aurum seminare jubent Philosophi, & insuper de vino oritur, docente Lullio.

Verùm fama aurita retulit, quòd neq; in hac venatione prædam aliquam, præter operam perditam, ceperint. Multi proinde in alumine quæsierunt, saltem dulcem extraxerunt, & in fine alumen retinuerunt.

Alii, cæterùm non indocti, cum ingenti fastû & præsumptione, in ipsis elementis invenire tentârunt, quod in elementatis nequiverunt. Propterea ex aquâ, pluviâ, tempestate tonitruosâ cadente, & sub diu putrefactâ, acetum subtile sepârarunt, hoc dein cum sale fixo communi & Ol. vitrioli copulârunt, crystallos collectos solverunt & tandem cum pyrite in tincturam coagulârunt cum omnium, maximè autem propria admiratione; Sicut mihi talis processus ab homine Gallo, viro apprimè docto aliàs, sub magno Sacramento (scil.) fuit recommendatus, à me verò explosus,

Alii

Alii rorem Majalem, alii nivem, alii terram virginiam, ad genua scilicet effossam, alii urinam, capillos humanos & multas alias doctas stoliditates implorârunt & nihil obtinuerunt. Quocirca aperte dico, quod hæc subiecta omnia, exceptis metallis, quæ tamen Philosophicè anatomizari debent, sînt deceptoriam, quia non stant nec stare faciunt in torturâ ignis.

Quicumque igitur aliquid aliud pro subiecto adæquato transmutationis eligit, quàm solam humiditatem metallicam permanentem, Pseudosophus & Impostor fit, donec probet contrarium.

Cap. 5.

Vis præcipuis subiectis Sophistarum progrediendum ad eorum objectum, quod iterum præscindit ab objecto Sophorum, qui unicam tincturam universalem sibi proponunt. Illi verò hæc non contenti, particularia infinita, præter omnem rationem & experientiam introduxerunt.

Hic enim promittit partem cum parte; ille quos lothones auri ex Lunæ marcâ. Alius vendit den Zinsbauer hintern Ofen singulis mensibus. Quartus Lunam fixam & ejus gradatio-

ditionem Quintus! fixationem sulphuris vulgaris, sed ingressum desiderat. Sextus coagulationem Mercurii in solem, &c: Septimus album Veneris Luniforme. Octavus tincturam sulphuris antimonii in 2. mensibus. Nonus fixationem Mercurii in Lunam; Decimus tincturam Solis cum ol. urinæ. Undecimus conversionem Jovis in Lunam. Duodecimus *ein Einbringen in die Lunam ex Marte &c &c*: Imo tot colores non possidet Polypus, quot hi Alchymistæ particularia.

Causam ad has nequitias texendas partim dederunt ipsi Magnates, Patroni: partim Physicistæ, Impostores. Illi enim sunt curiosi & moræ impatientes; hi vero effrontes. Propterea, quia tempus pro tincturâ, ultra annum extenditur & subjectum proximum incognitum, concludunt sic: Si nihil efficitur, parum etiam nocēbit, videbimus brevi &c: Præcipuum enim philtum amoris erga particularia, est labor imaginatus brevis, & lucrum non adeo invidiosum. Fateor quidem, intentio non est mala, sed finis,

Ut autem innotescat, quam misere decipiantur particularistæ, disquiro & dico sic: Istæ particulares metallorum transmutationes vel sunt in Mercurio heterogeneo, vel homogeneo: Et post, vel per modum maturationis vel illuminationis tincturalis. Si particularistæ dicunt; in Mercurio heterogeneo, per modum matu-

matu-

maturationis : mentiuntur impudentissime sicut Alchymistæ , quia maturari & heterogeneum manere , sunt incompatibilia in regno metallico ; maturatio enim fit per coctionem , coctio verò adunit similia & separat dissimilia . Si excipiunt ; hoc esse verum de simplici maturatione naturæ , non artis . Resp. Quomodo-
cunq; ars procedat , tamen nunquam pro-
ducit aurum verum , quod naturali in homo-
geneitate est dissimile , datò verò hoc , non est
verum aurum , nec examina sustinet . Si jam
aurum illud artis transmutatorix sit nativo
simile , homogenum quoq; erit , & , per
consequens , vel fiet per maturationem , sepa-
ratis heterogeneis , vel per illuminationem
tincturalem retentis , sed mutatis iis , à po-
tentia fermenti . Coguntur itaq; fateri , quòd
vel per maturationem artificialem vel illumi-
nationem tincturalem fiat : Si prius , necessa-
rium est , 1. ut illa inferiora metalla à suis coa-
gulatoribus liberentur 2. in Mercurialem na-
turam reducantur & 3. per coctionem & alia-
rum rerum additionem purgentur & maturen-
tur ; alias ignis externus , centri Mercurialis
ignem cœlestem , de potentia in actum dedu-
cere nequit , & sic maturatio nulla contingit ,
ob arctam nimis principiorum observationem ;
Ignis enim debilis , qualis maturans est , agit
tantum in corpora aperta non occlusa . An
verò hoc præstare queant Sophistæ , valde
dubito ; hoc autem benè scio , quod nec Mer-
C 5 curi-

curium vulgi queant reddere homogeneous, imò plurimi nunquam somniârunt, cum esse heterogeneum. Mercurios corporum quidem omnes volunt producere, sed impediuntur semper ab aliis negotiis. Ex his sequitur, quòd nullum detur particulare in sensu communi; exceptâ maturatione tædiosa & longinquâ aliquarum minerarum. Verum autem particulare, est tinctura imperfecta, post primam rotationem, quæ partem tantum puriorem metalli impuri convertit.

Et tantum de objecto Sophistarum; Jam restat finis, qui Philosophis veris & Sophistis est communis nempe aurum: Differt autem in hoc, quod illi eo, cum honore & sanitate, abundant, hi verò, in desperatione & infamiâ morbosâ, carcat.



EPILOGUS.

EX adductis hisce fundamentis & probationibus solidis, constare Magnatibus puto, quid in arte Chymicâ quærendum & qualiter comparatus sit verus Philosophus, item quid Sophistarû humeri valeant & quid ferre recusent. Si hunc tractatû perlegunt & diligenter perpendunt, promitto ipsis secure, quod à nullo impostore, quantumvis callido, decipientur. Si verò aliis opinionibus falsis præoccupati sunt & veritatem admittere nolunt, doleant etiam intus & in sinû, neq; totam artem divinam pro ludibrio habeant, eò quod per Impostores, sanitate & bonis privati sint. Quicumq; aliquid tractat, quod non intelligit, nec intelligere vult, si decipitur circa istud negotium, & sine frustratur, non aliis; sed sibi ipsi imputet. Quid mercatori improbo interest, si emtor mer-

ces sitû obductas carè cinit : jura vigilantibus, non dormientibus scripta. Accedit, quod non omnes Impostores sint activi intentionaliter. Præterea non lequitur : tot annos & suintus tri-
vi in hoc studio, tot Sophistas alui, sed nil inveni : Ergo tota scientia est falsa. A nostrâ incitiâ ad rei veritatem vel falsitatem argumentari, non valet consequentia.

Qui itaq; in hoc studio Spagyrico, vel Hermetico, vellere aureo potiri vult, discat prius ejus subjectum & objectum benè noscere, & tunc non emanabit desideratus

F I N I S.



